

*antea semel impressis recens typis sunt excusæ. Ac-  
cesserunt preter haec et aliae duas homiliae in duas ex-  
Apocalypsi lectiones, quarum prior ante hac semel  
tantum impressa; posterior ante hunc diem typis ex-  
cusa fuit nusquam. Nulla prefatione instruitur po-  
stremum istud volumen. Titulus autem iste sic di-  
ligenter relatus plane demonstrat non satis accurate  
editiones hujus operis relatas hucusque et discussas  
fuisse a scriptoribus rei litterariæ, ut conferenti ea  
quaæ dicunt, patebit. Iidem quoque scriptores Gallici*

*A non satis se capere dicunt quid velit Croweius, in  
suo Elencho scriptorum in sacram Scripturam scri-  
bens annexam esse huic operi in omnes Epistolas  
canonicas enarrationem. Ego vero unde hoc acce-  
perit Anglicus ille scriptor, deprehendisse me bla-  
dior; ita enim lego in titulo Homiliarum biemalium  
editionis ejusdem antea indicatae: *Additi sunt ser-  
mones aliquot pulcherrimi ejusdem Haymonis in Epis-  
tolas canonicas.* Sed evolventi diligenter volumen  
illud nuspianum eos reperire datum est.*

## VITA D. HAYMONIS

AUCTORE JOANNE TRITHEMIO ABBATE SPANHEIMENSIS.

**H**aymo tertius episcopus Halberstatensis Ecclesiæ in Saxonia, ex abbate Hirsfeldensis cœnobii, ordinis sancti Benedicti, natione Teutonicus, Alcuini monachi quondam auditor, ad quem Rabanus, Fuldensis tunc abbas, xxii libros de Universo compositus; vir certe undecunque doctissimus, divinarum Scripturarum sagacissimus interpres, in declamationis homiliis ad populum excellentis ingenii fuit. Hic primo fuit monachus Fuldensis cœnobii cum Rabano, postea factus est tertius abbas Hirsfeldensis, postremo tertius episcopus Halberstatensis consecratus. Eamdem Ecclesiam verbo et exemplo strenue gubernavit annis tredecim. Scripsit autem pene infinita opuscula, de quibus ista quaæ subjecimus, feruntur.

In quinque libros Moysi	lib. 5.
In Judicum	lib. 4.
In Regum	lib. 1.
In Tobiam	lib. 4.
In Judith	lib. 1.
In Job	lib. 1.
In Esaiam proph.	lib. 3.
In Hieremiam	lib. 4.
In Ezechielem	lib. 4.
In Danielem	lib. 4.
In 12 proph. minor.	lib. 12.
In psalmos quoque	lib. 4.
In Evangel. homilia.	lib. 2.

C

In omnes Epist. Pauli.	lib. 4.
In Epist. canonicas	lib. 7.
In Apocalypsim	lib. 4.
De varietate librorum	lib. 3.
De sancta Trinitate	lib. 1.
De Christ. rerum me.	lib. 1.
In Josue	lib. 1.
In Ruth	lib. 1.
In Paralipom.	lib. 1.
In Esdram et Neem.	lib. 1.
In Hester	lib. 1.
In Cantica cant.	lib. 1.
Esaias propheta nobil.	
Et factum, etc., dicit beatus.	
Verbum quod factum est.	
Hymni vocantur, etc.	
Consulens dominus hum.	
A Corintho metropo.	
In Actus apostol.	lib. 1.
Legimus in Ecclesiast.	
Cum sis unicum et sanctissi.	

Alia quoque multa scripsisse dicitur epistolæ, sermones et diversos tractatus, qui ad notitiam meam non venerunt: Moritur sub Ludovico imperatore filio Caroli Magni, anno Domini DCCCXXIMI, inductione 12. Sepultus in ecclesia sancti Stephani Halberstatensi.